



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. III. Habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

LIBER OCTAVUS.

CAP. I.
Habere.

Habere non tam is dicitur, qui rem simpliciter tenet, quam is, qui rei dominus est. *l. stipulatio ista 38. §. habere 9. ff. de F. O. Regner. Sextin. 30. Conf. Marp. 7.*

num. 3.

CAP. II.
De Habilitate.

Axioma I.

Actus non potest celebrari, nisi personæ sint habiles. Wesemb. *parat. de auct. int. num. 5.* quare recte monet Ictus in *l. 14. de Jure Codicill. non ante juris ratio quam persona querenda est*,abilitas tamen personæ in dubio præsumitur, *cap. fin. ubi glossa & Dd. extr. de præsumpt. vide plura in Tom. Reg. Jur. 1. lit. H. pag. m. 558.*

II.

Verba generalia referuntur ad habilitatem personæ. De hac regula vide Tom. Reg. Jur. *d. loc.*

III.

Habiles termini in omni oratione subaudiendi sunt. Gloss. ad verbum habent in *l. 30. de adopr. ratio*, quia talia sunt subiecta, qualia permittuntur esse à prædicatis.

CAP. III.
Habitus.

Axioma I.

HABITUS non facit Monachum, sed sola professio Regularis, *cap. porrectum 13. de Regularib. ubi glossa verb. non faciat. cap. consult. 4. Qui clerici, vel voventes.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 4. lit. H. conclus. 12. n. 1. Campan. in diversor. Jur. Canon. rubr. 12. num. 5. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali. §. 15. n. 10. Fr. Barthol. de Vecchis in praxi novitiorum, disp. 11. dub. 10. sub. n. 1. Gail. de Arrest. cap. 10. num. 11.*

II.

HABITUS facit præsumptionem, ita ut indubio judicetur talis, qualem habitus, quem defert, demonstrat, *l. item apud 15. §. si quis 15. ff. de injur. Feder. de Sen. conf. 13. n. 3. vers. si talis namque.*

Bald. in *l. non ignorat. C. de bis qui accus. gl. in l. si ignorans. in verb. contemnit. ff. pro soc. Gail. 1. O. 21. n. 8.* quia qualis actus apparet in sui figura, talis præsumitur in sua essentia, Hieron. Tort. in *suo consil. post consilia Antonii de Butr. num. 20. vers. & ideo multum ad propositum.* Castrensi. *conf. 261. Visis & consideratis. in princ. lib. 2.* & contractus talis præsumitur, qualis in prima sui figura apparet, Decianus *conf. 59. in fin. lib. 1.* refert Cardin. Tusch. *d. lit. H. conclus. 12. n. 2. cum seqq.* [Hinc Johan. Cirier. *de primogenit. 2. quæst. num. 21.* ait: chlamydem demonstrare militem, purpuram Regem, togam advocatum, cucullum monachum Et viduam ex habitu cognosci respondit Alex. *conf. 151. col. pen. vol. 2.* Siquidem quilibet secundum ordinem & dignitatem vestitus esse debet, *l. sed si quod 12. §. mancipiorum 1. de usufr. & in specie quod ex vestitu & habitu aliqua arguatur uxor.* Affirmant Alexand. *conf. 151. col. pen. Cephal. conf. 435. n. 65. & Dd. in c. illud. de præsumpt. Vult. 3. conf. Marp. 34. n. 48.]*

CAP. IV.
De Hæreticis.

Axioma I.

Non omnes hæretici eadem austeritate plerendi sunt. *l. 65. Cod. Theodof. de heret. nam moderatè & quietè viventes asperius tractandi non sunt, textus notabilis in Novell. 129. cap. 1.*

II.

Hæretici sunt expellendi à civitate, ne inficiant alios, *L. nullus 2. C. de summ. Trinit. & Hæreticus docens hæresin morte dignus est, Gloss. in Cap. pen. X. de heret. audire autem conciones eorum non est hæreticum, nisi adsit frequentia. vid. Menoch. Lib. 2. cent. 4. c. 373.*

III.

Hæretici sunt, qui quatuor illa concilia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonense non amplectuntur. *l. 8. C. de heret. Novell. 115. cap. 3. §. 14. Matth. Wesemb. in parat. C. de heret. num. 1.* Hinc quoad effectus juris nec Lutherani, nec Pontificii pro hæreticis habendi, Carpzov. *p. 3. c. 1. c. 14. de finit. 10. num. 10.*

CAP. V.
De Hærede vid. testator.

item transmissio ad heredes.

Axioma